



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P.|| VINCENTII|| BRVNI, SOCIE-||TATIS IESV,|| BREVIS
TRACTATVS|| DE SACRAMENTO|| POENITENTIAE,**

Bruno, Vincenzo

Coloniæ Agrippinæ, 1598

VD16 B 8664

Circa Tertium Praeceptum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59993](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59993)

24 DE SACRAMENTO
catum commissurum, aut nihil boni
facturum?

An iurauerit minando alicui, sine in-
tentione exequendi iuramentum?

An in iudicio iurauerit falsū, vel iuri-
ridicē interrogatus nō respōderit con-
formiter intentioni iudicis, vel cōfiliū
dederit alijs id faciendi. Quo casu non
solum peccat mortaliter, verum etiā
obligatur ad restitutionem, si inde se-
cutum est aliquod damnum prōximi.
An habuerit consuetudinem sæpè iu-
randi, non curando aut consideran-
do, num verè vel falsò iurari?

An fecerit votum faciendi aliquod
bonum, & non curarit exequi, vel exe-
cutionem distulerit in longū tempus.
An nouerit aliquid, cum intentione
non adimplendi votum?

An nouerit se nihil boni acturum, aut
aliquid mali acturum, aut bonum qui-
dem acturum, sed propter malum fi-
nem?

CIRCA TERTIVM PRAE-
ceptum.

Memento ut diem Sabbati sanctifices.

AN dies festos violauerit, faciendo
vel mandando alijs opera prohibi-
ta ab

ta ab Ecclesia, vel consentiendo illis
qui faciunt.

An neglexerit audire Missam integrā
diebus festis quae sunt in præcepto, si-
ne causa legitima, vel causam alijs de-
derit eam negligendi?

An per notabile temporis spatium in
Missa fuerit voluntariè distractus, lo-
quendo, ridendo, vel occupando se in
rebus inanibus.

An curarit subditos suæ curæ subie-
ctos diebus festis interesse sacrificio
Missæ.

An confessus sit minimum semel in
anno aut non curarit, ut idem sacerēt
omnes suæ curæ subjecti?

An confessus sit sine antegresso exa-
mine conscientiæ, vel sine proposito
deserendi aliquod peccatum, vel ex
pudore humano aliaue de causa reti-
cuerit aliquod peccatum?

An quouis anno tempore Paschæ cō-
municarit, ea que dispositione, qua o-
portet?

An cum conscientia certa vel dubia
peccati mortalis receperit vel admini-
strarit aliquod Sacramentū Ecclesiæ?

An ieuniarit per Quadragesimam,
Vigilias & Quatuor tempora, cum
sit obligatus: & an ijs diebus usus sit

B 2 cibis

26 DE SACRAMENTO
cibis prohibitis: aut alijs causam dede-
rit idem faciendi?

An propter gulam non curarit trans-
gredi aliquod preceptum, & an intem-
perantius comederit vel biberit cum
notabili damno sanitatis, & an sponte
se inebriauerit?

An violauerit Ecclesiam aliquo pec-
cato carnis, vel effusione sanguinis?

An incurserit aliquam excommuni-
cationem, vel excommunicatus, parti-
ceps fuerit alicuius Sacramenti, aut in-
terfuerit officio diuino, aut versus sit
cum excommunicatis?

An cōtumelia aliqua vel irreuerentia
affecerit imagines, reliquias sanctorū,
aliasū res sacras?

An obligatus ad recitandum Brevia-
rium, omiserit recitare sive totum, si-
ue partem, & an recitando illud fuerit
voluntariè distractus?

An ex pigritia vel tædio rerum spiri-
tualium bonum aliquod opus, quod
faceretenebatur, omiserit?

CIRCA IV P R AE-
ceptum.

Honora patrem & matrem.

AN paruo honore affecerit patrem
& matrem, contemnendo illos,
vel